

ram locorum quibus edificiorum que nunquam ante viderat tam plene omnibus expo-  
 suit ut de raptu eius nihil dubitaret. **Mouiti.** Jam mihi satis fateor probatum  
 esse hominibus. **Monach.** Unum consilium est meum. ut cognitis his non illis  
 consentiamus ne nos audire contingat. Ite maledicti in ignem eternum qui pro-  
 paratus est dyabolo et angelis eius sed resistendo illis omnibus quibus vicibus audire  
 mereamur cum electis. Venite benedicti patris mei percipite regnum quod  
 vobis paratum est a patre meo.

**Explicit quinta distinctio.**

**Incipiunt capitula sexte distinctionis de vir-  
 tute simplicitatis:**



**D**e virtute simplicitatis. c. i. **De** simplici monacho qui  
 carnes in castro comedendo pecora monasterii sui  
 reduxit. c. ii. **De** Christiano decano **Bunese** qui ab  
 bati pisam sagimine conditum apposuit in simplicitate. c.  
 tertium. **De** Hodeshalco monacho qui in **Syberg**  
 artocreas in sagimine decoctas simpliciter mandu-  
 cavit. c. iiii. **Vita** domini **Enfridi** decani sancti **Andree**  
 in **Colonia**. c. v. **Item** vita domini **Hermann** decani

**Hildesheimensis** ecclesie. c. vi. **De** simplicitate **Wernboldi** canonici sancti  
**Herconis** in **Colonia**. capitulum septimum. **De** simplicitate **Christiani**  
 cellerarii in **Bruwilre** capitulum octauum. **De** monacho de porceto. ca.  
 nonum. **Vita** **Engelberti** cecii. c. decimum. **De** domino **petro** abbate **Clare**  
 uallis in cuius simplicitate aduersarii eius compuncti bonis pro quibus contem-  
 derant renunciarunt. c. xi. **De** **Philippo** rege **Francozum** qui in abbatis  
 sancti **Victoris** simplici taciturnitate edificatus aduersarios eius compe-  
 scuit. c. xii. **Item** de eodem qui **Laudunenses** clericos commendauit ob sim-  
 plicem electi sui presentacionem. c. xiii. **Item** de eodem rege simplice qui mona-  
 chum in abbate sancti **Dyonisii** promouit prelatum ambitiosum prudenter amouit.  
 ca. xiiii. **De** simplici monacho cui **Fredericus** imperator contulit abbatiam occasu  
 one acus. c. xv. **Item** de abbe quem **Otto** imperator comedauit propter acum  
 ca. xvi. **De** monacho super quem morietur dyabolus acum ignem proiecit  
 eo quod acum sanctum portare conteneret. c. xvii. **De** abbate quem inclusa simoni-  
 ace intrasse dicebat eo quod electiones suas ante procurasset. capitulum. xviii.  
**De** **Mauritio** episcopo **Parisiensi** qui seipsum simpliciter elegit. cap. xix.  
**De** astuto priore qui personam ob infamiam elegit ne sua pro se infirmaret. c. xx.

**D**E homine qui sub typo simplicitatis Būne plures decepit. c. xxi. **D**E homine qui p serpētem punitus ē in collo qz dolose egerat i matrē. c. xxij. **D**E pzeposito Parisiēsi quē rex Philipp' viuū infodi iussit eo q mortuo dolose veniā abstulisset. c. xxij. **D**E fure a patibulo liberatoz denuo suspēso dū suū liberatozē iniqz impeteret. c. xxij. **I**tem de falso peregrino iusto dei iudicio suspēso dū vero peregrino furti crimē impingeret. c. xxv. **D**E Bertholdo palatino de Wittelmbach cui diuinitus pceptū est vt hominē primo sibi obuiantē suspēderet. c. xxvi. **D**E Theoderico de Erinportze qui reuoluto āno eodē die eadē via mortuus est elatus qua Philippus rex eius industria fuerat introductus. c. xxvij. **D**E Hērico ratione cuius pzebendam obtinuit is qui eius cōsilio a Petro cardinali fuerat intrusus. c. xxvij. **D**E sacerdote ideota qui simplicitate verborum suozū corā Innocētio papa ecclesiā obtinuit. c. xxix. **D**E simplici oratione cōuersi q minabat Christo qz mater eius cōquesturus esset de illo si nō liberaret eū a tentatione. c. xxx. **D**E inclusa que Christū quesuit in foramine q inuenit. c. xxxi. **D**E simplici sorore in humede cui in oratiōe Christus rōdit q esset in sacculo. c. xxxij. **D**E passione simplicis marcadelli. c. xxxij. **D**E passione Margarete virginis Louaniēsis. c. xxxij. **D**E simplici concubina sacerdotis que seipsā in fornace extinxit. c. xxxv. **D**E morte Lodo Wici simplicis mōachi. c. xxxvi. **D**E morte simplicis mōialis que caprā putabat esse feminā secularē. c. xxxvij. **I**ncipit sexta distinctio d' d'ute simplicitat.

### Capitulum primum.

**I**nter ōnia virtutū antidota contra tētationū incōmoda ipsos qz tentatores demōes maiores efficacie esse videtur vsus simplicitatis. Hec virt' felle caret toci' amaritudinis ire. inuidie rācoris caret qz oculo venenato suspitionis. dente qz canino detractionis. Simplicitas ē maxime necessaria nouiter cōuersis qz si voluerit nouitiū ordinem simplicitatis reprehēdere. facta et instituta maioz iudicare quare sic vel sic illa q illa fiant cuz magistro suo disputare nūqz quiesceret. Inde ab Bkarolus cū esse in pzbatione mihi dicere cōsuevit. frater si vis quiescē in ordine ordinis simplicitas sufficiat tibi. Virtutem simplicitatis ysayas i cledis admirans ait. Qui sūt isti qui vt nubes volāt et quasi colūbe ad fenestras suas. fenestre colūbarū sūt oculi simpliciū mōachozū. Iboz volat' sblimitas ē cōtēplationis visus colūbin' simplicitas intēcōdis vter qz oculus religiosoz simplex cē debet exterior videlicet q interior. Ocul' corpis vt procul sit suspicō. ocul' cordis vt recta sit intencō hec op' per se malū facit bonū q ecōuerso sicut in sequēci. c. satis apto tibi ōndā exēplo.

**N**ouitius. **B**n̄ h̄ cōcedo qz saluatorē recolo dixisse. Si oculus tu<sup>s</sup> fue-  
rit simplex totū corpus tuū lucidū erit. **M**onach<sup>s</sup>. Reuera vbi simplex  
fuerit intētio ibi necesse ē vt lucida sequat̄ actō sicut ecōtrario ocul<sup>s</sup> neqz  
to est intēcō mala atz puerfa totū corpus. i. opus efficit tenebrosuz. **I**n/  
de bñ in sexta distinctiōe tractandū videt̄ de simplicitate qz sicut senari<sup>o</sup>  
numerus naturaliter ē pfectus ita hec virtus lectiōū iā dictam sentētiā  
saluatoris totū hominē luminosū facit atqz pfectū **J**acob simplex a patre  
benedicif filius eius **J**oseph toti **E**gipto a pharaone p̄ficitur. **J**ob sim-  
plex a dño cōmēdatur. virtus simplicitatis a **C**hristo discipulis predicat̄  
**E**stote inquit prudētes sicut serpentes ⁊ simplices sicut colūbe. **S**implici-  
tati diūgit prudētiam propter misericordiā. **I**tē dicit. **N**isi ouersi fuerit.  
⁊ efficiamini sicut pueri. id est humiles ⁊ simplices nō intrabitis i regnū  
celoz. **S**iplicitas via ē ad deū grata angelis homib<sup>us</sup> delectabilis. vñ ce-  
terl. **V**rutib<sup>us</sup> omissis q̄nte sit efficacie scā siplicitas paul. explicabo exēplis

**Capitulum. ij.**

**D**omin<sup>us</sup> **W**ido abb cisterciēsis postea cardinalis cū missus fuisset  
Coloniā ad electionē cōfirmādā q̄ facta fuerat cōtra **Philippuz**  
in **O**ttōnē retulit ibidē quādā scē simplicitat. hystoriā satis iocū  
dā satis qz mirabilē. **D**icebat domū quādā ordinis nostri in terra cuius  
dā nobilis viri atqz potētis fuisse sitā. **Q**uā idē tyrānus eo qd deū nō ti-  
meret neqz hominē reuerētur multis modis sepe molestauit. **D**e annona  
vino ⁊ pecozibus quotiēs ⁊ q̄tū voluit tulit quātū voluit fratrib<sup>us</sup> dimi-  
sit. **C**ūqz hoc ex cōsuetudine ⁊ quasi pro lege habēs actitaret ⁊ conuent<sup>us</sup>  
q̄rimonijs multis inutiliter tediati gemētes tacerēt **D**ie quādā maximā  
partē rapuit armenti p̄cipiens illā ad castrū suū minari. **Q**uo cognito  
abb ⁊ fratres satis turbabantur i quoz cōsilio qd factō opus eēt satis  
tractabatur. **V**isū ē eis aliquē ire debere ad castrū p̄ quē saltē res ei inno-  
tesceret maxime abbatē. **Q**ui r̄ndit. **E**go nō ibo qz monēdo illū nihil p̄fi-  
cimus s̄ aerē t̄mmodo verberam<sup>us</sup>. **S**imili modo excusate se priore ⁊ celle-  
rario s̄bi. **A**ixit abbas. **E**st ne hic aliquis qui adhuc semel ire velit? **T**acenti-  
bus cūctis vnus diuinitus inspiratus ironice r̄ndit. **M**ōachus ille vadat  
hominē senē ac simplicissimū nominās. **V**ocat<sup>us</sup> est mōachus si ire vellet  
ad castrū inquirif obedit mittitur. **Q**ui cū ab abbate recederet ex multa  
cordis sui simplicitate verbū hoc ptulit. **P**ater inq̄t si aliqua porcio mi-  
hi fuerit restituta recipiā an nō? **R**̄ndit. **Q**uicqd̄ rehabere poteris accipi-  
as in noīe dñi. **M**elius ē aliquid q̄z nihil **A**bijt ille venit ad castruz nūtiuz

gltis r  
Job lāp  
p̄mōēs  
bona p̄  
bona q̄  
cēs et c  
bitās q̄  
cauit  
rec carit  
citer mib  
Deuq̄  
mōuē  
chus Cur  
bus r̄hab  
fias fūlle  
in v̄nib<sup>us</sup>  
r̄. Et qz  
Quito ei  
fatis loga  
lū habbo  
n v̄ba pe  
vir ite tā  
ter q̄ illa  
pp̄er lāb  
quid ad  
lāuī facia  
nas illi r̄et  
ribus ity  
tus quāta  
plum q̄ op  
tur lucum  
hoc in cal  
solam non  
peccant re  
exponit et  
m̄tur pecc  
d̄moo car  
m̄trantem

abbis et fratrum cum oratione deferens tyrano. Et quia simplicitas iusti secundo  
**J**ob lapsa est contempta in oculis malorum tyranus sermones eius percipiens  
et irridens ait. Domine expectate donec praeclus fueritis tunc non respondebit vobis  
hora praedicti ad mensam communem positus est et cibaria communia carnes. scilicet  
bona quantitate ei sicut ceteris sunt apposite. Vir sanctus verbi abbis sui remini  
scens et carnes que laute ministrabantur de pecoribus monasterii sui esse non du  
bitans quantum ex carnibus sumere potuit cum ceteris ne inobediens esset manduca  
uit. Dominus castri ex opposito cum uxore residens et quia monachus manduca  
ret carnes satis considerans. finito praedio hominem vocavit secorsum et ait. Di  
cite mihi bone domine. solet conuentus vester manducare carnes? Respondente illo.  
Nequaquam. Adiecit. Quid cum exeant? Nec intus inquit nec extra carnes co  
medunt. Tunc tyranus. Et quare vos comedistis hodie illas? Respondit mona  
chus. Cum abbas meus huc me mitteret precepit mihi ut quicquid ex pecori  
bus rehabere possent accipere non recusarem. Et quia mihi constabat carnes appo  
sitas fuisse monasterii mei. Item quia timui nihil amplius michi fore restituendum nisi quan  
tum detribus capere possent comedi propter obedientiam ne omnino vacuus redi  
rem. Et quia deus simpliciter non proicit nec porrigit manum impijs. scilicet contra illum  
Audito eius verbo et in simplicitate eius motus imo a spiritu sancto qui per os  
senis loquebatur ammonitus respondit vir nobilis Expectate me hic ego consi  
lium habebam cum uxore mea quid vobis faciam. Ad quam cum venisset et senis  
ei verba per ordinem recitauit adiecit. Timeo celerem dei super me vindictam si  
vir iste tam simplex et tam rectus aliquando a me passus fuerit repulsum. Simili  
ter et illa respondit quia eodem spiritu accessa fuit. Reuerius ad senem ait. Bone pater  
propter sanctam simplicitatem vestram quam me ad misericordiam reflexit monasterio vestro que  
quid adhuc de pecoribus est restituam de illatis a me iniurijs in quantum poteram  
satisfaciam et nunquam ab hac die illud turbabo. Ad quod verbum senex gra  
tias illi referens cum rapina ad monasterium letus rediit et abbate et fra  
tribus stupentibus verba potentis retulit. Pacez ab illo tempore habere  
tes quanta esset virtus simplicitatis exemplo didicerunt. Ecce hic exem  
plum quod opus aliquando per se malum. propter oculum simplicem efficia  
tur lucidum et bonum. Reuera monachus idem comedendo carnes et  
hoc in castro peccasset si simplicitas illum non excusasset. Quia autem non  
solum non peccauerit imo etiam meruerit rei exitus ostendit. **Mouici?**  
Peccant ne illi qui monachis exeuntibus carnes saginem vel ius carniuum  
apponunt et illos artificio ut comedant decipiunt? **Monachus.** Non  
videtur peccare si eos impellit necessitas hospitalitatis vel quod dignum  
est seruo caritatis. Euentem excusat a peccato ignorantia vel simplicitas  
ministrantem ut dixi caritas. Ecce exemplum.

**C**apitulum. iij.

**B**one memorie xpianus decanus Būnenſis vir bone vite et vald  
litteratus qui apud nos nouitiuſ defūctus eſt cū in virtute hoſpi  
talitatis plurimū ferueret die quadā Hermānū abbatē de Hem  
mērode quondā decanū ſanctorum apoſtolorum in Colonia virū eque  
litteratū ac discretū ad menſam ſuā inuitauit. Et cū nō eēt ibi pulmentuz  
ſine carnibus ſecrete precepit miniſtro vt lardum extraheret ſicqz piſā ab  
bati apponeret. Comedēte illo ſimpliciter appoſita monachus eius q̄ taz  
ſimplex nō fuit particulā lardi in ſcutella ſua reperiens abbati mor oſten  
dit. Qua viſa ſtatim ſcutellam abb̄ amouit propter cōſcienciā. Venienti  
bus eis in viām abbas de curioſitate monachū arguit dicēs. Male habe  
as q̄ hodie abſtulisti mihi pulmētū meū. Si tacuiſſes ego ignorāter com  
medēs nō peccaſſe. Facto huic ſtraniū recordor feciſſe. Dāiele ſconauie

**C**apitulum. iij.

**T**empore quodā cū idēz Daniel tūc prior noſter prāderet in Ey  
geberg et eſſet cū eo frat̄ Hodeſchalc⁹ de Wolmūſteine mōach⁹  
ſimplex et iuſtus appoſite ſūt eis a fratribus eiuz cenobij arto  
cree in ſanguine decocte. Quod prior mor odoratu deprehendēs come  
dere noluit nō tamen monachū comedere prohibuit. In ſinito prandio cuz  
loqui poſſēt dixit Hodeſchalcus priori. Nōne prior quare nō comeditiſ  
de artocreis? Non mirum ſi valde erant bone quia valde bene erant ſa  
guminate. Et quare inquit hoc non ſignatiſ mihi? Reſpōdit prior. Ego  
nolui vobis auferre cibum veſtrum. Nolite contriſtari quia ignorantia  
excuſat vos. Erat enim idē Daniel vir litteratus ⁊ ante cōuerſionē ſcola  
ſticus. **N**ouitiuſ. Non miror q̄ monachi q̄nqz decipiūtur i ſagimine ⁊  
carniū pinguedine ſed q̄ tam ſimplices ſunt aliqui q̄ in groſſa ſubſtancia  
id eſt in iſtis carnibus ſeduci poſſūt ſatis admiror. **M**onachus. Puto  
hoc quandoqz fieri propter caritatem miniſtrantium. Cū ſanctus Theo  
phiuſ Alexandrinuſ epiſcopuſ tempore quodam plures ex ſanctis pa  
tribus ad prandium inuiſſet eiſqz carnes ex aubus appoſuiſſet p̄ta  
bant ſe omnes olera comedere donec ab ipſo proditum ē qd̄ appoſitū fu  
erat. Non enim erat illiſ viſuſ cum gultu ablatus ſed propter caritatem  
miniſtrantis diuinituſ immutatus. Simile pene egit dominuſ Enſfrid⁹  
decanuſ ſancti Andree temporibus meiſ. Hoc etiaſ noueris q̄ ex diſſue  
tudinē ſciētia diſcernendi inter cibos gultuſ minuatur. Non enim miruz  
ſi dominuſ Theobalduſ abbaſ Eberbacenſiſ qui in quinquaginta lex

quis q  
comde  
his car  
nole ve  
bus ex  
queris  
dicit ſi  
teras o  
  
I  
pl  
re  
  
Quo au  
ibus coll  
compo  
dum in  
q̄ exple  
tam in  
dum ſol  
quidam  
pauit r  
catum  
lumbie  
rario ſu  
dane q̄  
ria qua  
tū ſer  
dum ſu  
rue ſer  
Et acc  
canonic  
Qui ſer  
me rami  
que acc  
tū q̄ ſu  
mancu

annis quibus in ordine fuit nunquam carnes comedit sub typo piscium illas comedendo falli potuisset. **P**redictus enim **E**nfridus pro riuulo monachis carnes apposuit et illi comederunt. **M**ouitius. **C**asum hunc plene nosse velles. **M**onachus. **V**iri huius venerabilis vita misericordie operibus exstitit ornata ut digna sit poni super candelabrum. **C**asum de quo queris et reliqua eius opera que ex parte vidi et ex parte alijs referentibus didici fida tibi padoa relacoem. **I**n eadem .n. ecclesia in qua decanus fuit literas didici et penitet me nunc de eius virtutibus tam pauca inuestigasse.

**C**apitulum. v.

**I**gitur **E**nfridus de episcopatu **C**oloniensi oriundus fuit vir simplex et rectus et in misericordie operibus precipuus. **Q**ualis eius vita ante sacerdotium fuerit vel quid in adolescentia egerit nescio. **Q**uod autem cum illo creuerit et coaluerit miseratio ex actibus eius sequentibus colligo. **Q**uod autem docilis fuerit ingenio sollicitus in discendo effectus comprobauit. **A**deo enim in puerilibus fundatus erat ut sicut ab eo audiui iuuenis scolas regeret pueros ipsos erudiret et plurimos tamen verbo quam exemplo non solum ad discendum sed quod pluris erat ad bene viuendum informaret. **O**rdinatus sacerdos ecclesiam in **S**ygeberg parochiam scilicet bonam. id est oblationibus pinguem regendam suscepit in qua scientiam in actum produxit foris non mansit peregrinus ostium eius patuit viatorum. **P**ater erat viduarum consolator orphanorum lima peccatorum. **N**am cum in domo eius plures nutrentur scolares et esset columbine simplicitatis. tempore illo quo matura erant cerasa dicebat cellerario suo. **B**one licentia pueris ut ascendant arbores et de cerasis comedant. quantum volunt et quantum possunt nec est necesse te eis alia dare cibaria quia in nullo cibo tamen delectantur. **N**on hoc dicebat ex aliqua tenacitate sed ex multa cordis sui simplicitate. **Q**uod cum per dies aliquot factum fuisset et licentia pueris esset concessa sicut eis placuit. **D**ixit ille cellerarius. **C**erte domine nisi pueri alijs vtantur etiam cibarijs cito deficient. **E**t acquieuit statim. **P**ost hec factus est **C**olonie in ecclesia sancti **A**ndree canonicus et non multo post ob vite meritum in decanum sublimatus. **Q**ui licet vite esset irreprehensibilis et polleret in virtute castimonie maxime tamen seruebat in operibus misericordie. **I**n parochia sancti **P**auli que attinet ecclesie sancti **A**ndree pauper vidua non fuit cuius lares ignoraret quaz suis elemosinis non visitaret. **T**amen panis ex eius mensa ostiatiz mendicantibus dabatur tamen eris ex eius manibus in gazophilagium

**C**hristi id est in manus pauperum mittebatur ut multi qui eius annuos  
a edotus nouerant mirarentur. **H**abebat. n. cognatum Fredericum nomine eius  
ecclesie canonicum officio cellerarium. **I**ste auunculum sepius arguere conuincit  
de indiscreta liberalitate et ipse versa vice increpabatur ab illo de nimia  
pauertate. **H**abebat enim communes expensas et ideo satis grauabat Fre-  
dericus quod quicquid rapere poterat decanus occulte dabat pauperibus  
**T**empore quodam idem Fredericus de officio suo multosque magnos habens  
porcos occidit et in pernas formauit eas que in coquina temporari congruis  
reseruandas suspexit. **Q**uas decanus frequenter intuens earum que suspen-  
dio satis inuidens cum nullam ex eis a cognato petere posset vel presu-  
meret dolum sanctum dolum piuum dolum memoria dignissimum excogitauit  
**Q**uotiens neminem sensit esse in coquina ipsam lateenter intrans et non nisi  
quod nata occasione pueros emittens scala suspensorium ascendit et ex ea pre-  
pernas qua muro coniungebantur omnes pene usque ad medietatem in-  
cidit. **A**nteriores vero integram reliquit ut aliarum incisiones celarentur  
**I**sta faciebat per dies multos carnes abscondas viduis egenis atque pi-  
uillis distribuens. **Q**uid plura? **T**andem furtum rei familiaris cognosci-  
tur fur queritur sed citius inuenitur. **F**urit clericus. silet decanus et cum il-  
le fratrum prebendam et totius anni subsidia se perdidisse conquerere-  
tur vir sanctus verbis quibus potuit eum lenire studuit dicens. **B**one co-  
gnate melius est ut modicum paucis quam pauperes moriantur. **B**ene tibi  
dominus restituet. **Q**uibus verbis placatus tacuit. **A**lio tempore  
eunte eo ad sanctum **B**erconem puto quod in solemnitate fuerit eiusdem mar-  
tiris pauper eum importunis clamoribus sequebatur et cum non habe-  
ret quod illi dare posset scolarem se sequentem puerulum antecedere iussit  
**R**ecedens que in angulum iuxta ecclesiam beate dei genitricis Marie. **U**bi  
episcopis in die palmarum consuetudinis est populo facere indulgenti-  
am quia vestem aliam erueri non potuit aspiciente paupere femoralia sua  
soluit et cadere dimisit. **Q**ue ille leuans gaudens discessit. **Q**uam virtutem  
cum vir sanctus occultare vellet nutu dei tali occasione posita est super  
candelabrum ut postea esset in exemplum. **R**euerfus a sancto **B**ercone  
cum ad prunas sederet nec pellicium se calefacturus secundum consuetu-  
dinem leuaret dixit ei prefatus Fredericus. leuate pellicium et calefacite  
vos. **E**rat enim frigus et ipse senes homo erat. **R**espondente eo non est  
necesse subiunxit ille. **F**atis puto quod non habeatis bracas hoc ipsum in ru-  
boze vultus eius considerans. **T**andem ille confessus est sibi illas delap-  
sas fuisse tacita virtute. **U**o quod verbum clericus risit per os cuius hec publicata  
sunt. **A**uuncius. **T**ale aliquid non legitur in actis sancti Martini.

Plas fut  
eig q  
ma qui  
mas  
aliget e  
saluaco  
mas lant  
quarta  
anima n  
vobis h  
ralis iur  
dus. Qui  
nie quia  
les vel gen  
pites q  
simplicis l  
amens pu  
cum factu  
is piuu o  
tum p  
Suntia p  
victu de  
vite po o  
habet h  
allum q  
obuac q  
Nocis ere  
Dica neri  
Dinos q  
se impore  
in copib  
On que  
se decane  
taller rem  
tonum su  
uoris de  
pue drio  
n quos al

Plus fuit bracas dare q̄ pallium diuidere. **¶ Monachus.** Propter hec alia q̄ eius facta etiam quidam dixerunt nunq̄ se legisse de aliquo homine qui t̄te fuerit circa pauperes compassionis t̄te misericordie ac pietatis Vestimēta sua pauperibus pene sine discretionē largiebatur et cū algeret alia q̄ mitterent simile d̄ ill' faciebat Sēper habebat i corde ill' d̄ saluatoris. **D**ate et dabitur vobis. **¶** Compassus est ei venerabilis plebanus sancti **J**acobi dominus **E**uerhardus cuius memini in distinctiōne quarta capitulo nonagesimo octauo quibus erat in domino cor vnus et anima vna. **C**ū vellet ei vestē aliquā dare. vt illa diuti' vteret dixit. **E**go vobis hanc vestem accommodabo. **¶ Nouitius.** Puto q̄ multum liberalis fuerit circa hospites qui sic profusus extitit circa pauperes. **¶ Mōachus.** Quanta illos caritate suscepit sequens narratio declarabit. **C**ū die quadam viros religiosos non mihi constat virum fuerunt **C**istercienses vel premonstratenses i hospicio suscepisset et tibi regulares deessent pisces q̄ non haberet dicebat coco suo **P**isces non habemus. monachi simplices sunt et esuriunt. vade accipe ositium et ossibus eictis cum pip/amētis prepara sic q̄ appones et dices. **C**omedite de bono rumbo. **¶** Q̄ cum factus fuisset illi sicut viri boni et simplices boni sui hospitis ac simplicis piūm dolū non obseruantes nihil etiā tum propter regulare silentiū. tum propter conscientiam interrogantes apposita pro pisce comederunt **S**cutella pene euacuata cum vnus auriculam porcinae reperisset et socio vidente decano ostēdisset aliquid indignationis simulans intulit **C**omede pro deo monachi non debent esse tam curiosi **R**umbus etiam aures habet. **H**umani generis inimicus dyabolus tantis virtutibus inuidens illum q̄ turbare volens visibiliter tempore quodam se eius obtutibus obiecit et verbis his eum alloquens disparuit.

**M**ors exemplificat. q̄ longius haud tibi restat.

**V**ita. nec incolumis amplius **E**ffrid eris.

**V**ides q̄tra sit versuti dyaboli stulticia? **I**n quo virum sanctum putabat se impedire i **H** illū promovit. **N**ā postea circa ānos triginta vixit tanto in operibus iusticie feruentior q̄to prophetatus est morti fore viciniōr.

**I**n quadam solemnitate. cum eum dominus **A**dolphus maioris ecclesie decanus postea **C**olonensis archiepiscopus ad conuiuium suum inuississet renuit ille dicens se magnos hospites habere. **D**icta missa cum ad domum suam vir beatus festinaret **H**odofridus eius concanonicus maioris decani notarius. qui mihi ista recitauit. de fenestra solarij porte clericorum respiciens vidit plures pauperes illum sequentes ex quibus alij claudi alij surdi alij ceci fuerē. **E**t cum non possent transire



lapides qui plateas illic diuidunt ipse cum esset etatis decrepitate manibus singulis porrigebat. Statim clericus dominum suum ad fenestram uocans ait. Ecce domine isti sunt magni hospites quos decanus meus dicebat se habere et non modicum edificatus est uterque. Aliud quoddam pietatis opus sibi huic ego de illo uidi. In anniuersario domini Brunonis Colonicensis archiepiscopi ecclesijs conuentualibus ad ecclesiam sancti Bartholeonis martiris quam idem Bruno construxit confluentibus cum dicta pro anima eius missa priores secundum institutum refectorium pransuri intrasset dominum Enfridum nescio quot pauperes sequebantur ad ostium refectorij. Quem cum refectorarius introducere uellet pauperibus exclusis comorille clamauit. Ego sine istis hodie non intrabo. Moverat uir prudentissimus pauperes esse amicos dei et merarios celi bene habere in memoria consilium illud filij dei. Facite uobis amicos de mamona iniquitatis ut cum defeceritis recipiant uos in eterna tabernacula. Hinc est quod tempore quodam cum positus fuisset ante reliquias monere intrantes ut darent elemosinas ad edificia ecclesie cuius tunc custos erat his uerbis populum allocutus est. Boni homines bene uidetis quod gratia disposita sint hic edificia bene quod de facietis dando elemosinas uestras ad illa melius tamen et tutius in pauperibus eas locatis. Hanc predicationem bone memorie Fredericus moach noster intrans cum militibus ecclesiam sancti Andree tunc audiuit mihi quod postea sepius illam recitauit. Personas deum timentes ut et ipse illarum meritis esset particeps de suo stipendio pascere curauit. Unde et uenerabile illam inclusam ordinis nostri domini Heylekam secutum nomine suum uere sanctam cuius cella monasterio sancti Andree adhibebat de sua prebenda quoad uixit sustentauit. Aliorum enim elemosinas beata illa recipere recusauit. Solebat autem inopes appellare thesauros celestes quos tinea non demollitur et quos fures non effodiunt neque furantur. Unde sicut supra dictum est multo illi amplior cura fuit de consolatione pauperum quam de edificijs uel thesauri. et ornamento. perituris ecclesiarum. Pueros pauperes manus uicerosas et ualde neglectas habentes quam secretius epulabatur ad mensam suam posuit et de scutella sua comedere precepit. **M**onachus. Satis ammiror decani huius pietatem humilitatem simplicitatem. **M**onachus. Audi unde amplius mireris. Cuius quidam Colonicensis nomine Lambertus familiaris illi erat et in vicino manebat. Iste cum die quadam cum supra dicto Hodefrido notario cenaret et confabularentur de elemosinis domini Enfridi. Ait me audiente. Dicam uobis qualiter me tractauerit. Tempore quodam iuitauerat me et uxorem meam ad cenam suam. Fecerunt nobis in mensa cum illo diu eram ferculum aliquod expectantes nil ante nos propter solum panem habentes. Et quod bene noueram consuetudines eius uocaui ad me unum

oparis  
fioente  
nos an  
tibus pa  
mli et t  
quada e  
diti in e  
ro anli  
qz eam  
oficio ne  
caritat et  
is suis ric  
mte. Cant  
qd iudun  
te Coloni  
gratia m  
in bona q  
re tines al  
fido ad de  
rum sandu  
reguarat  
nos tndi.  
Dicit illa  
cui. His  
mibi dicit  
grans qui  
uena est per  
rogata. A  
nactus. E  
eabem loca  
e quam pos  
em dultibu  
uoces sep  
romant q  
sa  
diti nil hab  
non possit i  
Ecce a sine  
habetur a

de pueris in aurē illi hec dicēs. **D**ic bone dabit nob̄ aliq̄ ad cōedēdūz!  
**R**idente illo nihil habemus sufficiēter enī vobis fuerat prepatuz. **h̄** d. is  
meus añ horā refectōis coqu nā intrauit 7 p̄parata etiāz nob̄ s reclamā  
tibus paupibus diuisit. **T**ūc ego subridēs eūdem puerū ad domuz meā  
misi 7 tñ est de cibarijs allatū vt omnibus diuis nostris sufficeret. **D**ic  
quadā cū coquinā eius intrassē 7 āseres nescio quot versarētur ad ignē  
dixi in corde meo **C**erte procurat bñ familiā suāz decanus iste. **A**llis ve  
ro anseribus ipse intrauit eisqz exciis 7 per scutellas ordinatis viduis at  
qz egentibus totaliter misit. **S**epe ei mittebantur anseres 7 pulli. tum ex  
officō decanie tū ex domo qz multi eū venerabantur cognoscentes eius  
caritatē et qz multe fuerat pietatis quicquid ex eis siue fratribus siue ali  
is suis vicinis mittere voluit vt statim comederēt nō viuū sed occisū trās  
misit. **T**ante vt sepe dixi circa pauperes cōp assidēs fuerat vt quāqz faceret  
qđ secūdum humanum iudiciū minus rectū videbatur. **C**iuis quidāz  
de **C**olonia sicut mihi retulit quidā ex sacerdotibus s̄cti **A**ndree vxorē  
p̄piā minus diligēs sepe illā affligebat p̄pter qđ illa furata ē ei pecuniā  
in bona quātitate. **C**ui cū maritus crimē imponeret 7 ipsa fortiter nega/  
ret timēs ab illo deprehēdi pecuniam piecit in cloacam. **P**ostea dolēs d̄  
facto ad decanū venit furti qz causā per cōfessionē apuit 7 satis puto vi  
rum sanctum illi suasisse. vt pecuniā marito p̄deret. **h̄** illa qz cū iuramēto  
negauerat facere nō audebat timēs p̄pter hoc amplius affligi. **C**ui deca  
nus r̄ndit. **S**i potero pecuniāz habere sine nota vis vt detur paupibus?  
**D**icēte illa. hoc omnimodis desidero post aliquot dies decanus locut⁹ ē  
cui. **M**is mihi licēciam dare vt purgari faciam cloacam tuam 7 si aliqđ  
mihi dñs ibi dederit inde tollam? **S**ciens ille eum virum sanctum esse co  
gitans quia deus aliquid ei reuelasset licēciauit. **P**urgata est cloaca in/  
uenta est pecunia et infra dies paucos per manus hominis pauperibus  
erogata. **M**ouit⁹ **I**n hoc loco posset detractor figere dentem. **M**o  
nachus. **T**ria vidētur eū hic excusare a peccato. **P**rimum quia pecuniā  
eadem sicut mariti **I**ta et femine fuit. **S**ecundum quia tamen perdita fū  
it quam propter confessionē prodere non licuit. **T**ertio quia pauperibus  
eam distribuit nouiss me caritas que eū ad hoc instigauit. **S**olent enī m̄ sa  
terdotes sepe licēciare feminis vt maritis suis auaris 7 immisericozib⁹  
rapiant 7 largiātur. **F**ecit et aliud qđdāz qđ magis huic disputabile fū  
it. **D**ñi nil haberet ad cōedēdū pistrinū fratrū itrauit 7 cū essēt p̄aes ordi  
nati 7 positi i tabula ad deportādū cui⁹ essēt illi vel illi pistorē iterrogauit  
**E**xpedi⁹ a singulis a pistorē panes illoz q̄s nouēat eē diuites i domuz  
suā deportari iussit dicēs. **I**lli abūdāt 7 ego nil habeo quod comedam

**Noviti.** Quomodo excusabitur hoc factum? **Monach.** Multa licet factis que his qui sancti non sunt non licent. **Ubi spiritus dei ibi libertas.** In de auctoritas. **Ubi habe caritatem et fac quicquid vis.** Excusavit eum caritas excusavit eum necessitas excusavit eum auctoritas excusavit eum fraternitas **Caritas** quia consolatio pauperum fecit illum egerere. **Necessitas** vero que legem non habet de qua **Rodolphus** maioris ecclesie in **Colonia** scolasticus sic discipulis suis dicere consuevit. **Non quod fame moreretur de panibus rapere crucifixi quod comederet.** Excusavit eum quodammodo auctoritas quia decanus erat et pater fratrum **Fraternitas** quia iudicabat omnia omnibus esse debere coia sicut et sua omnia fuerant coia. **Cum** iam ex defectu corporis etatis quia seniliter die mortis sue sibi imminere sciret ne pauperem spiritum aliquid terrena possessio repatriatione oneraret domum suam vendidit precium quod illius non cognatis non amicis sed **Christi** pauperibus propriis manibus diuisit. **Noverat.** non concanonicos manus fideles post mortem minus esse fideles. **Cui** cum diceret is qui domum emerat quidam ecclesie illius sacerdos atque concanonicus nomine **Coradus** Domine ego volo habere domum meam. **Respondit** ille valde simpliciter **Bone Corade** homo sum decrepatus et senex cito moriar expecta paululum bene habebis eam. **Ubi** vis ut maneam interi? **Ille** vir bonus de necessitate faciens virtutem satis paciebat obitum eius expectavit. **Ubi** igitur pietatis extitit vir beatus ut sepe in porticu ecclesie sedens cum pauperes multos que de ne more collegerat oneratos preterire cerneret emeret ipse non ut eo in aliquo indigeret sed ut pauperes a labore liberaret. **De** quo etiam retulit mihi **Reinerus** monachus noster quod quod eiusdem ecclesie scolasticus quod die quadam cum quidam pauper plurima flabella portaret venalia in iaz dicta porticu nec vendere posset sibi illum dixisse. **Reynere** eme flabella ista. **Cui** cum diceret Domine non eis indigeo. **Respondit** Eme et da amicis tuis. **Qui** emit illa sciens compassionem decani sui tamen esse in causa. **Misericordie** visceribus ita habundavit ut sustinere non posset in quantum vetare potuit ut aliquis cederetur vel iniuriaretur. **Die** quadam cum in scolis clamores cuiusdam canonici qui graviter excesserat et a quatuor scolariis ad verberandum tenebatur preteriens audisset scolas anhelus intrauit et sicut leo accurrens baculum quod contra scolasticum et suum canonicum leuans puerum de manibus eius liberavit. **Quid** agis inquit tyranne? **Positus** es ut scolares doceas non ut occidas. **Ad** quod verbum ille confusus obmutuit. **Quante** fuerit pacietie lectio sequens declarabit. **Die** quadam sedente eo secundum consuetudinem in ecclesia sicut puto inter nonam et vesperam scotus quidam homo miserabilis et frequenter ebrius presbiterus quod honore presulatus indignus ad solum solium accessit et caput illud trahens extracto cultello mihi est e. **Dices**

Non deo  
natus et fo  
lic mortuq  
no frater v  
nalo qd sum  
nure mieri  
abbatiaz  
gritios mor  
tam libratu  
illo possib  
clamat. O  
retuipone  
vabre vrb  
de qda cu  
obupto rido  
est fupere a  
lent. Ita vt n  
nam magno  
**Novati**  
Ubi e mari  
dobi? emg  
ecclesie huc  
ras poms v  
ampliam.  
ego ad qua  
canonicos su  
bebarit cu  
et hoc tpa n  
Etiam cum ell  
se aliquan dho  
tu rebone ab  
vibus ficut  
ris ipe raro n  
viam hore c  
m cum illis in  
m stationum  
me esse fupre  
mibus sumpe

**S**i non dederis michi aliquid modo occidam te. Nutu dei canonicus quodam iuuenis et fortis superueniens scotum dure satis abstraxit. quem cum cedere vellet. morteque dignum iudicaret contempserit eum vir mitissimus dicens. De turberis frater vide ne leuas eum. in ioco eius fecit hoc. Nemini reddidit malum pro malo quod simplicitas colubina regnabat in illo. Et cum esset ut sepe dictum est mire misericordie feruebat tamen in zelo iustitie. **T**empe quodam obuiam habuit abbatissam sanctam virginem undecimulium. Precedebant illam clerici matelligrificis monialium circumamicti sequebantur domicelle et pedisseque virorum inutilium strepitu aere replentes. Decanum vero inopes sequebantur elemosinam ab illo postulantes. Accessus vero vir iustus zelo discipline cunctis audientibus exclamauit. O domine abbissa magis deceret vestram professionem. plures vestram decoraret religionem ut vos sicut me sequeantur pauperes non hystriones. Et erubuit illa valde nihil presumens tanto viro respondere. **T**antum ei inerat amor iustitie ut die quodam cum nescio quis ipso audiente loqueretur de mala vita clericorum qui ex abrupto responderet. vnum est qualiter viuatur. Ac si diceret. De radice mala non potest surgere arbor bona. Nouerat enim paucos esse clericos qui canonicis intrasent. Ita ut non essent sanguinitate. id est a cognatione. introducti vel chorite. id est per potentiam magnorum intrusi siue symoniaci pecunia scilicet vel obsequiis intromisisti. **N**ouicius hoc vitium huius temporibus valde regnat in clero. **M**ochus Neque est maxime in illis ecclesiis in quibus plati electione stipendia porrigunt. Rudolphus enim episcopus Leodiensis ita in symonia gloriabatur ut tempore quodam prebendam ecclesie sue cuiusdam a se venditam pecuniam ipsam in gremio teneret et multis coram positus diceret. Ego valde ecclesiam Leodiensem ditavi ego reddidit illius ampliaui. Prebendam enim quam antecessores mei pro decem marcis vendiderunt ego ad quadraginta marcas produxi. Et quod vir sanctus paucos considerauit canonicos suos simpliciter intrare paucos iudicauit in eis simpliciter viuere. **M**agis bebat enim zelo iusticie amorem et studium regularis discipline. Nam pro eum usque ad hec tempora non surrexit decanus in illa ecclesia sub quo tamen vigeret disciplina. Etiam cum esset in etate occidua usque ad diem mortis sue non paciebatur se aliquam ebdomadam diuini seruicij preterire. Sepe missam in conuertu celebrans alienis brachijs ne caderet sustentabatur. Alleluia festiuis diebus sicut ceteri ad gradum ipse cantauit. Alijs exeuntibus de oratorio ipse raro nisi ad prebendam exiit et ante altare sancte crucis residens illic horam hore continuauit. Publice penitentibus ita erat paratus ut frequenter cum illis in porticu sedens cartulas legeret consolationem impenderet orationum suffragia scribi faceret. Tante erat humilitatis ut cum omnium esset supremus tam etate quam dignitate exceptis precipuis solemnitatibus semper pene locum chori nouissimum teneret. Vestimenta eius

satis despecta erāt ⁊ humillima nō grisea nō varia. h̄ ouina eiusdē generis pallio vtens. **N**ouitius. Quid ē q̄ de tanto viro nullū refers miraculuz. **M**onachus. Quis maior Johanne baptista? Nullum signū fecisse legitur quod de iuda p̄ditore euangelium prodit. Unde quibusdā nunc in Christi nomine miracula facientibus ipse in fine dicitur ē. **N**escio vnde sitis. **D**iscēdite a me omnes operarij iniquitatis. **M**iracula de substantia sanctitatis nō sunt h̄ signa sanctitatis. **M**olens dñs militem suum meritum remunerare post laborem tali illū orōie vocauit ad gloriā. **I**n vigilia dñice resurrectionis cū expectaretur ad solēne officiū eo q̄ ebdomadarius esset repēte cepit viribus destitui. **V**ocatus est supradictus **R**einerus q̄ per tactū vene illius in tanuis mortez sc̄tens de sacra inundatione eum monuit. modicū medicine confortatiue ozi eius imponens. **Q**uam cū ille expueret ⁊ diceret. ego missam in ouētū celebrabo respondit. **M**issā i hac vita nūq̄ celebrabitis. **Q**uo audito se inungi pecc̄t ⁊ cū fratribus psalmos ⁊ letaniam decantauit. **C**irca horam nonam Christo reddidit sp̄m soltiandus spiritibus iustoz. **S**equenti die post factū pascha cum tumularetur dñs **E**uerhardus sancti **J**acobi pleban⁹ cuius vitam virtutibus plenam in distinctione quarta capitulo. xcviij. descripsi in audientia multoz tale de illo testimonium dedit. **H**odie inquit hec ē se cōmēdatur caro sanctissima q̄ super terram vixit. **E**t quia de miraculis questio fuit post mortem signis non caruit. **S**acerdos quidaz et stipēdiarius ecclesie nomine **A**dā sicut michi retulit ore suo cū tpe quodaz vehementissimo capitis dolōe torqueret ad sepulchrum eius accessit ⁊ i hunc modum orauit. **D**omine inquit propter merita sancti hui⁹ viri mitiga dolores capitis mei. **Q**ui mox exauditus sanus accessit qui ifirmus accesserat. **N**ulta adhuc alia fecit iustus iste opera memoria digna que studio breuitatis sunt omissa. **N**ouitius. **V**tinam essent tales omnes decani tam simplices ⁊ tam sancti. **M**onachus. **R**ecordor nunc alterius cuiusdam decani vizi simplicis ac deo digni de cuius virtutibus quedam mihi nuper retulit magister **J**ohānes decanus **A**quensis de eadez ciuitate oriundus in qua idem iustus fuerat decanus que tecum communica

bo.

**C**apitulum sextum.

**H**it temporibus nostris in **H**yldehemensi ecclesia vir bon⁹ deoq̄ carus nomine **H**ermannus varijs virtutibus virtutūq̄ operibus adornatus. vigilijs sanctis orationibus ieiunijs et operibus misericordie deo omnipotēti studuit placere. **Q**ui bus operibus humani generis inimicus irritatus cum illum omnibus

